



**D. Marcvs Evangelista. Rodolphi Gvaltheri Tigurini in  
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ  
CXXXIX.**

**Gwalther, Rudolf**

**[S.l.], 1570**

**VD16 W 1048**

Homilia XXXIII. Et hi sunt similiter qui in petrosa semen excipiu[n]t, qui  
cùm audierint uerbum, statim cum gaudio accipiunt illud, sed non habent  
radicem in se, sed temporarij sunt: deinde exorta ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

Et hi sunt similiter qui in petrosa semen excipiunt, qui cum audierint uerbum, statim cum gaudio accipiunt illud, sed non habent radicem in se, sed temporarij sunt: deinde exorta afflictione aut persecutione propter uerbum, illico offenduntur. Isti uero sunt, qui in spinas semen excipiunt, qui uerbum audiunt, sed sollicitudines seculi huius & deceptio dinitiarum, ceterarumque rerum cupiditates introeuntes suffocant uerbum, & redditur infructiferum.

**E**ti Dei uerbum per se purum & clarum simulq; salutare sit, plerique tamen hominum illud abque fructu audire solent, dum uel ipsi animos afferunt parum idoneos, uel aliorum uicij: & usus pro ea sentis loci. His ergo omnibus parabola hac Christus medetur, qua uerbum hoc frugiferum quidem esse docet, sed hominum culpa fieri ostendit, quod minus ubique fructum ferat. Facit autem tria auditorum genera, qui illud nequicquam & absque fructu audiunt. De primo numero dictum est, reliqua duo in presenti uidebimus, ut discamus quales nos esse conueniat, si Dei uerbum nobis salutare fieri uelimus.

Secundum genus illorum est, qui per loca petrosa adumbrantur. Sunt hi, qui animos duros qui semen in locis dem & uehementes, sed uera Dei notitia & fide destitutos ad uerbi predicationem afferunt. Solet petrosos. His uicij placere uerbi doctrina, quando superstitiones & harum patronos, monachos & sacrificios, argui audiunt, & quia inde uel carnalis licentie, uel opum & temporarie felicitatis spem magnam concipiunt, uerbum hoc cum gaudio amplectuntur, illud ipsum laudibus uehunt, eidem contra quos uo parocinantur, adeo ut non uulgarem de se spem bonis omnibus prebeant. Tales olim Christi temporibus fuere, qui magno cum successu docentem & miracula edentem, sibi ipsi Regem facere uo Ioan. 6. & 7. Matih. 21. uerunt, & eundem Messiam esse testati sunt, & Regis instar cum applausu & acclamatione in uer- hem deduxerunt. Hodie uero eorundem infinitus est numerus, qui cum nihil preter huius seculi felicitatem & carnis licentiam spectent, magno zelo Euangelij causam tuentur, quoad illius progressus sibi ipsorum respondere uidentur. At cum uera diuine cognitionis & pietatis radice destituantur, nec ea que Dei sunt, sed que sua sunt querant, diu durare non possunt, sed idem illis, quod semini in- ter medios lapides subito enato, & radice profundiori destituto, euenire consueuit. Ut enim illud e- sum uehementiorem, quo iusta segetes ad maturitatem excoquantur, sustinere non potest, cum hu- more careat, quem terra segetibus & plantis subministrare solet, & proinde adustum in ipsa quasi herba intercidit: Ita isti graues illos aestus, qui uerbi predicationem sequi consueuerunt, cum preter sem illis incidant, ferre non possunt, & propterea turpiter deficiunt, qui paulo ante reliquos omnes in fide Christi excellere uidebantur.

Est autem duplex aestus, qui illos infestat. Alter crucis & persecutionum, qua Dei uerbum aestus semen perperuo comitatur. Alter uero inter nos ipsos oritur ex improbis carnis affectibus, quibus inflam- uerbi adurent, duplex. nant, nihil eorum ferre possumus, que illis aduersantur. Uterq; expectatum uerbi diuini fructum im- petit, & causa est, ut latentem animi improbitatem prodant, qui toti zelo Dei flagrare uidebantur. Item crucem innuere, seq; de nominis fama & fortunis periclitari uideant, qui ex Euangelio ho- nore & opes sperauerunt, mox facta professione illos penitet, & tandem plenis buccis se deceptos qui nuntiant, & Euangelium falsi accusant, cum ipsi sibi imposuerint falsis suis persuasionibus, sicq; non modo fructum non ferant, uerum etiam blasphemij sunt. Quod si iidem carnis cupiditatibus incal- scant, Euangelium uero ijs obflare, & peccata ipsorum arguere sentiant, mox ingentes iras animo concipiunt, seq; indignos arbitrantur, qui ita argui debeant, cum tot & tanta ipsorum erga Euange- lij doctrinam merita extent, & Euangelij precones summa iniquitatis & ingratiudinis accusant. Tanta ergo abest, ut dignos fructus faciant, ut potius acerrimi hostes efficiantur, qui maximi fidei Christiana defensores uideri uolabant. Exempla ueriusq; generis hodie passim occurrunt, in quibus ad istam parabolam partem respicere debemus, ne ista hominum leuitate offendamur.

At quia hic de salute nostra agitur, de remedio cogitandum est, ne quid simile nobis quoq; accidat, ut huic uicio la mudi in duobus potissimum consistere uideatur. Primum est uera Christi cognitio, ut nimirum occurrere possit.



quid in illo nobis datum sit intelligamus. Alterum, ut vera verbi Dei ratio nobis probe perspicatur. Quoad primum nunquam animus nostris excidere debet illud Christi: Regnum meum non est de hoc mundo. Hinc enim colligitur, nec ea que huius mundi sunt, in Christo quaeri debent. Nimirum civitatem permanentem habent, quorum patria in caelis est, in quibus etiam patrem suam habere inter precandum facentur. Scimus equidem Christum suis, etiam quoad ea que presentem vitam seruiunt, non deesse, et remunerationem liberalissimam eis polliceri, qui propter ipsum et Evangelium ipsius terrenas opes deserunt: at ea conditione pollicetur, ut nos perseverantem possideamus, et spem distimet. In mundo, inquit, afflictionem habebitis. Et si quis vult post me venire, abneget semetipsum, tollat crucem suam, et sequatur me. Nec aliter fieri potest, quando et mundus hoc Evangelij lucem odit, et carnem nostram cruce coerceri necesse est, ne cum mundo condemnemur. Nec in re conqueri possumus, si per Christi viam incedendum fuerit, qui et ipse per crucem in gloriam pervenit ingressus est. Quoad alterum, cogitemus Dei verbum lucernam, solum et gladium dici, nec ad praedicandum, quam ut totos nos sub fidei obedientiam vendicat. Quid ergo mirum fuerit, si peccatorum guat, carnis lascivientis pruriginem mordeat, et saluari vulnere in ipsas conscientias penetrat? Hinc memores, non essemus, nec etiam securi stertamus, si prima Evangelij cognitio nobis obviat: sed ad crucem praeparemus, ne illa nobis praeter spem incidat, et verbi disciplina nos abneget: sed ad crucem praeparemus, ne illa nobis praeter spem incidat, et verbi disciplina nos abneget: sed ad crucem praeparemus, ne illa nobis praeter spem incidat, et verbi disciplina nos abneget.

Porrò ad tertium genus transeamus, quod eorum est, qui verbi semen in spinas excipiunt. Verò Christus nominat, primum curas huius seculi, quae nos de rebus ad praesens vitam presentibus sollicitis reddunt. Et sanè non immeritò ita illa dicuntur, quando et ipse annos suos acutissime pungunt, et ea quoque nobis infesta reddunt, quae solatio esse debebant. Causa enim non nec cibo nec somno frui, nec aliqua de re nobis vtili cogitare possumus. Deinde spinarum nocentissimas quoque comprehendit. Ut enim spinas absque periculo vix unquam convellatur: locustarum quoque ea est conditio, ut siue illas acquirere, siue retinere velis, siue etiam easdem amittere oporteat, semper praesens sese offerat salutis periculum. In acquirendo enim labores, curae et pericula omnis generis subeunda sunt, et tentationum laqueos nobis tendit satan, ut fidei in deum, et caritatem et iustitiam immemores ad interitum trahat. Et ferè sic, ut vel aliena nullo iure nobis vendimus, vel nostrorum parum fidei dispensatores simus erga pauperes, quos deus nobis commendat, esse voluit. Vbi verò opes ingentes acquisita sunt, iam vel nostra industria illud omne tribuimus, et dei benedictionem agnoscimus, vel in illis fiduciam omnem collocando idololatram sumus, vel luxu et voluptatibus immersum, cum dei salutis nostrae solemus oblivisci. Quod si autem opes vultus desperamus, et in ipsum Deum blasphemias horribiles et aculeari non veremur. Quis ergo non videt spinas periculosiores dicat divitias, quarum administratio tot vndique periculo continetur? Et tunc aliarum quoque rerum cupiditates, vel (ut Lucas habet) huius vitae voluptates spinas vultus Christus. Ut enim spinet a plerumque folijs et floribus vestita viatores alliciunt, sed manuum motibus inferentes gravissimè ledunt: ita blanda quidem est voluptatum species, et sine exitu nobis amicae ostentant: at si semel illis animum addicas, mox vndique et corporis et animae pericula imminere senties, cuius rei exempla in ebrijs bellionibus, alea deditis, et libidinosis scilicet quotidie videre licet.

Quoad verò praesentem tractationem, omnibus ijs, qui vel curis huius seculi, vel opum vel voluptatum studijs occupantur, idem omnino quod semini inter spinas nascenti contingit. Et si enim verbum audiant atque probent, sed, ad tempus illius patronos proficiantur, simul tamen in illorum animis infelices rerum huius seculi curae nascentes, semen illud saluiferum suffocant, ne iniquitatem maturitatem peruenire possit. Praevalent enim curae, nec animos ad caelestium meditantium admodum dederunt patiuntur. Opes verò ita animos perstringunt, ut cum opulento illo iunone tristes admodum Christi vocem audiamus, qua nos omnia relinquare, abs se vno pendere, et aterni illi caelestis regni thesaurum conquirere iubet. Imò qui magnos iam progressus fecisse videntur in regno Dei

1. Ioh. 18.  
Hebr. 13.  
Philip. 3.  
Matth. 6.  
Marci 10.

1. Ioh. 16.  
Matth. 16.

1. Ioh. 3.  
1. Corinth. 11.

Matth. 5.  
Marci 9.  
Hebr. 4.  
2. Corinth. 10.  
Rom. 1. 16.

Semen inter spinas.

1. Timoth. 6.

Luce 16.  
Matth. 26.  
Ephes. 3.  
Colos. 3.

Luce 8.

Ut verbi semen in spinis suffocetur.

Matth. 13.

hic admodum  
in caelestibus  
dicere atque  
similes re  
fructum  
lud ipse  
hinc illius  
est opus  
Nob  
de spinis  
ere parti  
gastur  
quod De  
transfigi  
dies suan  
extender  
opes pect  
quod illis  
excitatus  
re, et ca  
renita n  
et inter  
dum, q  
lu) quos  
ne omni  
prater in  
illa opes  
Deo et  
quando in  
tus quia  
bonum co  
nd quam  
ro causi  
re aliqu  
habat, r  
me dete  
sentit re  
qui Chri  
ne quoc  
propius  
piatum  
(iuxta a  
pina, ne  
dus pro  
sa Dom



hic admodum caros sese praebeant, sicuti iuuenis illius exemplo Christus docet. Nec fieri potest, ut  
in caelestium rerum studio ardeant, quorum corda opum et thesauris affixa sunt. De voluptatibus quid  
dicere attinet, quarum studium ipsam mentem & verum rationis usum hominibus eripit, ut brutis  
familis reddantur, qui hisce sese semel addixerunt. Denique cerè constat, omnes hosce ex Dei verbo  
fructum nullum referre, quando vel ipsi illud rejciunt, dum suis affectibus reluctari vident: vel il-  
lus ipse Deus in isto iudicio eripit, ne propter ipsorum peccata apud eos malè audiat, qui nullum ad-  
hoc illius gustum percepserunt. Exempla hodie passim obuia sunt, quare longa commemoratione non  
est opus.

Nobis potius huius mali remedium inquirendum erit: quod non aliud praesentis est, quam si  
de spinis hisce rectè iudicare discamus. Ita enim fiet, ut illis locum non demus, nec eas Dei verbo offi-  
cuntur. At qui curas huius seculi inanè esse constat, cum Dei providentia res nostrae omnes re-  
guntur, nec quisquam est, multum animo discrucietur, statura suae vel cubitum unum addere, vel  
quod Deus statuit, minima ex parte mutare queat. Nec tamen ignoramus absq; curis vitam hanc  
transigi non posse, cum Dei decretum sit, ut homo in sudore vultus sui panem suum comedat, & quisq;  
sua iam propriam (vix Christus ait) afflictionem habeat: sed curas base non ultra Dei vocatione  
excedere, & ubi officium fecerimus, reliqua omnia Dei providentiae committere oportet. Quod si  
operes praeter, multa sunt, quae illarum studium restringere possunt, inter quae praecipuum esse videtur,  
quod illis Christus in praesenti deceptionem tribuit: quod ab illo verisimè fieri patebit, si rem ipsam  
excernas. Per suadent enim sibi ipsi stultissimi homines, ex opum abundantia hominis vitam pende-  
re, & eadem nobis gloriam, pacem & omne felicitatis genus conferre. At longè diuersum ipsa expe-  
rientia nos docet: quando nec natura nostra tam multis opus habet, & multos in mediocri fortuna  
& inter medios labores (quod olim sapiens ille Solon in Aglaò observauit) feliciter multò vivere vi-  
demus, quam opulentos illos Cræsos, qui in summa opum abundantia (sicuti in medijs vndis Tanta-  
los) quotidie siccant & egent, & ad breue tempus inani gloriae aura turgidi, subito intermoriuntur,  
ut omnibus suis diuitijs vel vnicum vitam suae diem redimere possunt: quoad verò posteros, nihil illis  
praeter infamè & fatidum auaritiæ & fastus luxurij, nomen post se relinquunt, & quibus nam sua  
illa opes cedant, incerti sunt, sicuti alibi Christus in parabola admonet. Accedit his, quòd qui opes  
Deo & propriae salutis anteposuerunt, plerumq; illas fluxas & incertas, adeoq; perfidas esse sentiunt,  
quando illas sibi ereptas inani querelis requirunt. Taceo anima iacturam, cui redimende ne ro-  
tus quidem mundi substantia sufficit. Nec melior est voluptatum conditio, in quibus multi summi  
bonum collocant. Nam & breues sunt, & ferè infamia & acerbissimis doloribus finiuntur, neq; ali-  
quid quam acerbam sui memoriam relinquunt, quae ut conscientiam excruciat, ita nobis perperui dolo-  
ris causa est. Ideo Augustinus de eo, qui peccati seruus est loquens, inter alia sic ait: Fecit peccatum,  
ut aliquam corporalem caperet voluptatem: voluptas transit, peccatum manet: praeterit quod dele-  
bat, remansit quod pungat. Viderunt hoc gentium philosophi, qui ideò voluptatum studia grauis-  
sime detestati sunt. Et notum est illud Demosthenis, quod seruo Corinthio ingentem pecunie vim po-  
suerit respondit: Non tancit demo pœnirere. Quò magis deplorari debet nostri seculi prauitas, quando  
qui Christiani dicuntur, curpissimis voluptatibus belluarum instar sese immergunt, neq; de earum fi-  
ne quicquam cogitant, modo praesentem animi libidinem exariare possint. At nos, quos sui verbi face-  
propius illuminauit Deus, depositis omnibus huius seculi curis, vna cum opum terrenarum & volu-  
ptatum carnis studio, Dei verbo attendamus, & ad caelestis regni hereditatem aspirantes, mundo  
(iuxta Pauli consilium) ieiua ut amur, ne illo abutamur. Ita fiet, ut nec tribulationes, nec verbi disci-  
plinae, nec opum aut voluptatum studia obstare possint, quò minus Dei verbum dignos in nobis fru-  
ctus proferat, & tandem omnibus hisce superatis, in caelestis regni horrea colligemur cum Christo Ie-  
su Domino nostro, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

Ut spinis hisce  
obitari possit.  
1. Curæ huius  
seculi.  
Matth. 6. et 10.  
Genes. 3.  
Matth. 6.  
2. Diuitie.  
1. Timoth. 6.  
Luce 12.  
Matth. 16.  
3. Voluptates.

Eti sunt qui in terram bonam semen exceperunt, qui audiunt uer-  
bum, & suscipiunt, & fructum ferunt: aliud triginta, aliud sexaginta,  
aliud centum.